


**Lessus Illustri ac Generoso Heroi Dn. Wilhelmo a Calheim dicto Lohausen/ ... Dn. Adolphi Friderici, Ducis Megapolitani ... Consiliario intimo & bellico ...**

Rostochii: Kilius, 1640

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747413371>

Druck Freier  Zugang





19. 11. 1874

2.





LESSUS

*Illustri ac Generoso*  
HEROI

Dn. WILHELMO

à Calchem dicto Lohausen/

*Illustrissimi Reverendissimi, Celsissimiq;*  
*Principis & Domini*

Dn. ADOLPHI FRIDERICI,

Ducis Megapolitani &c. Consiliario intimo &  
bellico, atq; supremo militiae Rostochiensis

COMMENDANTI,  
conscriptus

*ab*

H O L S A T I S.




ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

---

Anno M, DC, XL,



Um Tibi lugubri fato Lohusius, He-  
ros,

Et Marte & studiis inclytus, eri-  
pitur:

Non ego laevis ero Vates tibi, Gnata Minerva  
Rostochium, Clarij dulcis alumna Dei.

Crede tamen, non id fieri sine Numine Jova,  
Iratum vitijs quem patet esse tuis.


Nunciat ut morbos terris, & bella Cometes:

Sic Mors tantorum non sine clade Virum,

Non igitur lacrymis tantum fle fata LOHUSI,  
Sed vitam desse, & corrige porrò tuam.

Georgius Harderus, Dithmars.

S.S. Theol. Studiosus.



**A**ntiquus belli victor Lohausius, & dux  
Armis conspicuus, consilijq; potens.

Magnanimus nulli qui cessit viribus impar,

Cedenti nulli cedere non dubitat:

Magnus uti terra domitor, sic fortis Achilles

Cedenti nulli cedere doctus erat.

Plangite Varniades: nec enim Bellona cruentum

Præfidium poterit flere, decusq; suum.

Quodq; triumphando prohibet, ne gaudeat hostis,

Uvum, ceu stragem, plangite Varniades.

Vobis

*Vobis præsidium cives, decus omne Roseti  
 Virtus Lohusij belligerantis erat.  
 Invictum quem non prostravit machina belli,  
 Flebilis exanimem mors recubare facit.  
 Quin vos, ô Musa, vestri, vos plangitis, heros  
 Cultor amansq; chori si fuit, ille fuit.  
 Tot documenta viri, quot nec superesse trophæa,  
 Vivida scripta probant, ingeniosa nimis,  
 Davidicum, Geometram, tum Polyistora, quid non?  
 Teutonici fuit hic Suada nitorg; labri.  
 Vah! quot ô egregia mentis cum corpore dotes  
 Sopita gelida contamulantur humo!  
 Tristitia turbor; vel quid? nihil addere, fas est,  
 Insignis rutilat gloria tanta viri.*

Dithmar von Dese den Flensb.

**D**ie Helden sterben auch/ daß dieser Held nun weißet  
 Dir / Rostock / die man dich noch mehr als seelig  
 preiset /  
 Da dieses Haupt noch stunde / da noch Lohausen lebt /  
 Da noch sein Graues Haar / wie Frieden-Fahnen / schwebet /  
 Da noch Lohausens Nahm den Feinden war ein schrecken /  
 Da du noch dürfftest bloß nur sein Panier auffstecken /  
 Wann du die schrecken woltest / die dir durch Kriegesmache /  
 Vnd deinen Bürgern daß Verderben zuge dachte.  
 So blühte Troja auch bey Hectors Lebe-zeiten /  
 Da auch der größte Hauff zu Troja noch beyweiten  
 Nicht wußt was Hector, war / sie sahen ihn zwar an /  
 Wann er mit Feinde-Bluth begossen trat heran :  
 Doch gieng er auch den Weg / den auch die Helden gehen /  
 Vnd müßt ihn Troja bleich in ihren Rawren sehen /

A ij

Der



Zum bösen Zeichen Jhr. Achilles Helden-Sinn  
 Des Hector's größter Schreck/gieng so zuen Helden hin.  
 Der Griechen weise Mache Ulysses müste mehr  
 Der großen Helden Zahl/vnd andre Menschen lehren/  
 Daß auch ein kluger Sinn mit gleichem Heldenmuth/  
 Ansehenliches Thun/vnd altes Edles-Bluth  
 Dem Tode nicht entführet. (Der große Nahme grünet  
 Erst aus dem Grab herfür/der solche Helden krönet : )  
 Lohausen lehret's ißt / was alter Menschen-Brauch :  
 Ob wol der Nahme lebt / doch sterben Helden auch.

Johann Voß.

**N**ec tibi lanificas tres exorare puellas  
 Contigit, ô quondam Dux generose Rosæ,  
 Quæ nunc purpureum foliorum exuta colorem  
 Nigricat, & prono conspicitur calice.  
 Aggravat hanc mæror, totâ nec vertice supra  
 Esse potest multis invidiosa Rosæ.  
 Defunctum Varni lugent ob Apollina Musæ,  
 Et Rosæ Gradivi funera flenda dolet,  
 Funera flenda Viri (quis nescit?) quo duce victor  
 Miles erat: Dux quo milite victor erat.  
 Post-nati natorum, & qui nascentur ab illis  
 Alcerius bis sex Herculis acta canent.  
 Hæc dum Rostochium, madidis medicatur ocellis,  
 Quid verat? ut minus hæc rore mihi ora rigem.  
 Ignosce his lacrumis tu virtus mascula, fletu  
 Sermonis cogor rumpere fila. Fleo.  
 Tumulus Ducis à Kalcheim.  
 Hic jacet, hic situs est Heros sub marmore, cujus  
 Bellona est mater, cujus Apollo pater.

Nicolaus Clausen  
 Tunderâ Hoffatus.

**O** Parca tantone viro vos rumpere vitæ  
 Fila pudet? Roseam misereq; affligere gentem?  
 Numne decet populis lugentibus addere luctum?  
 Heu quàm præclarum lumen jam tollitis Urbis!  
 Heu quantas tenebras claris inducitis oris!  
 Heu quàm tentatis cives involvere bello!  
 Quod solitus sapiens longè depellere ductor.  
 Sed Deus arcitenens à Varni vertere perge,  
 Urbe malum pergrande; alias nunc imminet illi.

*Lugenti animo scribebat*

Casparus Ludolphi

Siccâ Hoffatus.

---


**F**lendus, flendus adest (ô fata!) LOHAUSIUS, Heros  
*Inclytus ille, toga militiaq; decus.*  
 Deplorent alium Pastores, agmina tota  
*Bucera, setigeri lanigeriq; greges.*  
 Deplorent aliam lacrymarum flumine Fauni,  
*Sileni, Satyri, Nympha & hamadryades.*  
 Deplorent alium, quas fert Hyrcania, Tigres,  
*Cumq; Ursis Lynces, cumq; Leone Lupi.*  
**T**E lugens fremit, ac cœlestia Numina poscit  
*Marcia mœrenti pectore turba Ducem.*  
**E**n Equus ipse, olim toties quo Victor abibas  
*Bello, quàm guttis grandibus ora riget.*  
**P**rosequitur lacrymis **T**E murorum agger obortis,  
*TE porta claustrum prosequitur lacrymis.  
**T**E flet Plebejus ordo; **T**E deflet Equestris:  
*Ordo Senatorum, Consul atq; gemit.*  
**T**E Princeps noster, longè illustrissimus, ipse,  
*Fœmina **T**E Princeps flens, tibi justa parat.**

A 3

Quid

*Quid, nos Musarum TE non fleremus Alumni?  
Neutiquam fas est cedere nos aliis.  
His fueris Dux, atq; Caput, Pater atq; licebit;  
His fueris Oculus, Spes licet atq; Manus;  
Nobis non minus; & Mecœnas insuper, alter  
Nobis Euclides, alter Aristoteles,  
Alter Aristarchus, summâ cum laude, fuisti,  
Et quæ prætereâ longa referre mora est.  
Nos & proptereâ meritò TE flemus, & arte  
Curamus, nomen vivat ut usq; tuum.*

PETRUS GARPIUS, Itzehoënsis.

  
**O** Dolor! ô lachryma! quid tentat livida Parca?  
Fulcrum Roseti sustulit è medio.  
Quin gemitis Cives, pallamq; assumitis atram,  
Undiq; cum planctu personet omne solum.  
Luget enim pietas, luget quoq; bellica virtus,  
Ipse dolet tantum Mars obiisse Virum.  
Occidit en! Lohausn veræ virtutis imago,  
Musarum fautor concidit ille Lohausn.  
Marte potens forti, nec non victricibus armis  
Acer, & expertus plurima bella fuit.  
Hinc modo Megapoli quasi vit commoda tanta  
Integritate, fide, consilio, auxilio.  
Dum studium, curas impendit jugiter omnes,  
Hostium ut incursum hisce fugaret agris.  
Verùm eheu! nimium funus properare Sorores,  
Vivere enim longo tempore dignus erat.

Hæc

Hac spernens Vir hic celebris meritisq; verendus  
Pro pietate sua præmia digna cepit.  
Ergo etiam celsi nunc factus æ incola cali  
Inter calicolas gaudia lætus agit.

Ita condol. suam attestatur

Bernhardns Westken Lubec,

Klag Ode über den Verstorbenen.

APOLLO.

Wozu muß ich mich befahren /  
Daß ich selbst sterblich bin ?  
Weil mit zerrissnen Haaren  
Mein Tochter her bald hin  
In tausent ängsten gehet /  
Umb einen den sie liebt ?  
Mein Chor der Musen stehet  
Umb dich / O Held / betrübe.

BELLONA.


Wodurch ist er hin geflogen /  
Den ich vorlängst erwehlt ?  
Ich hab mit Schildt vnd Bogen  
Mich selber ihm vermählt ?  
O Weh ! er ist getrieben  
In das Elyfisch Felt ;  
Mein Traxoren ist geblieben  
Umb dich / O Edler Held.

Kostogt



O mors insignem nostris quæ subtrahis oris  
Heroa! hunc Mavors Musaq; condecorant;  
DIGNUM est LAUDE VIRUM mortalia fata subire,  
MUSA VETAT: quanquam contumuletur humo.  
Semper, Vir præstans, tua laus nomenq; manebit,  
Nunc jam cum Sanctis cœlica regna capis.

Henricus Gerstenform.



**O**mnia nunc ridere, nunc formosissimus annus:

*Anni hujus venè vere colonus ait.*

*Omnia nunc squalent, nunc illetabilis hora:*

*Oris Varniacis accola civis ait.*

Heu! heu! Dux obiit, Dux scutum, mania, vallum:

*Urbs ita plangores ingemit ingeminans.*

Credo equidem, nec vana fides, quod si Heraclitus


*Viveret, hanc posset funera flere satis.*

Epitaphium Ducis à Kalcheim.

*In Duce Mars nostro moritur, de morte resurget*

*Cum Mors & Mavors spicula perdiderint.*

Nicolaus Mauritius.



**L**öde was hilffet dein verweilen /

Ob du schon verharrest lang /

Müssen wir doch selber eilen /

Unter deines Rechtens Zwang /

Wo der Abend kompt herfür /

Wo der Tag: wächst alles dir /

B

Dann

Dan wir Menschen täglich sterben/  
Weil wir nehmen täglich ab/  
Uns gewisse Todes Erben  
Sänckt man in der Erden Grab/  
Keiner kan im Wolergehn/  
Ohn des Todes fürchten stehn.  
Drumb so schicke dich bey zeiten/  
Du seyst noch jung oder alt/  
Schawe nicht den Todt von weiten/  
Hängt dir auff den Rücken bald/  
Die Zeit die du hast verlebt/  
Hat der Todt schon auffgehbt.

Martinus Owmannus

Wilfrida Hofstater.

**P**lerides Musæ lugubres pangite versus,  
Et Mars mœroris dâ quoque signa tui.  
Mors rapit atra virum præstantem laude Lohausen/  
O durum factum! mors rapit atra Virum,  
Quem non tam genus, aut insignia gentis avitæ  
Quæ sunt Nobilibus debita signa Viris  
Quàm commendavit præsens in pectore virtus,  
Virtus, qua fuso lætus ab hoste redit.  
Palladis aut artes, ad quas hic absq; Magistro  
Solis pervenit dotibus ingenij.  
Quamvis ergo hujus condamus membra sepulchro,  
Tempora famam ejus non tamen ulla regent.  
Bellica sed virrus, Doctrinæ gloria summæ  
Durabunt coelo sidera donec erunt.

Lugens apponit

Christianus Bilefeldt Lubec

Fundi-

**F**undite Castalides lachrymarum flumina *Muses*,  
Ponite flexanimæ plectra sonora lyrae.  
Nam morte occubuit, quonon præstantior alter  
Doctrinâ, bello vel probitate fuit,  
Qui propter varias in forti pectore dotes,  
Annos cornicum vincere dignus erat.  
Hunc mecum deflete diem: mactate sepulchri  
Hospitium merito funeris officio.  
Hunc charum vestrum cives deflete patronum,  
Hic vobis flendi semina digna dabit.  
Sistite post lachrymas; subtraxit pluribus illum  
Cladibus omnipotens. Sistite post lachrymas:  
Nam nunc nec morbos, nec dira pericula belli,  
Nec mare, nec ventos barbariemq; timet.

*Lugens f.*

Thomas Pale Lubecensis.

**O** Nimum funesta dies, truculentaq; fata!  
O mors tu certè ferrea corda geris.  
Nam rapis hunc, cujus laudes, præclaraq; facta  
Non possum dignis commemorare modis.  
Hujus ob interitum lachrymas in funere fundunt  
Cordi queis urbis spesq; salusq; fuit.  
Ille diu civos tutos defendit ab hoste,  
Exterior ne vis ulla nocere queat.  
Jam terra mandandus erit, qui vivere semper  
Dignus; at atherea dignior iste domo.

Joh. Bökemann Lubecensis.

B 2


*Illustrat.*



**I**llustres cineres, & summi nominis umbram,  
Abreptumq; Ducem belli mea vena tenella,  
Plangit, & abscondit mæror tristissima verba,  
Atq; stupent fletus ad funera tanta loquentis,  
Nec sat nostri oculi destillant flumine aquarum;  
Talis erat vultus rerum, Syplœia mater  
Pignora vidit ubi miserè confixa sagittis  
Phœbi. Sic Patria Patet, ô sic maxime Princeps  
Stat fortuna Tibi, dum firma columna Rosarum  
Corruit, & vitam ad manes, corpusq; relinquit.  
Omnes Varnicola manibus date lilia plenis,  
Illius & tumulo suspendite florida ferta.  
Largior excelsis destillet montibus imber,  
Rorantesq; natent lymphæ per saxa supernè.

Philippus Jacob Stevens

Chil. Hoffat.



**Q**uem dirus docuit Mavors certamina magna,  
Ac DEA bellipotens consilia usq; dedit,  
Cû DEUS Arcadiæ musarum pulcra reperta  
Indidit, & cuius nomen ubiq; cluit:  
Hunc rapit ad tumulum dura inclementia mortis,  
Qui longos annos vivere dignus erat.  
Credere quis veilet Lachesi potuisse ferocem  
Tantum. Sed spectas Numina posse mori.

Vergilius Burennejus.

---

**P**langite Varniades Musæ, profundite questus,  
Quod vestri cætus gloria tanta cadit.  
Plangite Rostochij cives, vos Marcis alumni,  
Plangite magnanimi funera mæsta viri.

Qui

Qui fuit edoctus vestris succurreve rebus,  
Sternens hostiles Marte favente manus.  
Exos & exanguis jacet hic, lacrymasq; relinquit.  
Et desiderij vulnera lenta sui.  
Hunc quia praepræpero mors abstulit horrida casu,  
De simili nobis prospice Christe viro.

Johannes Mollerus.

**L**ugubre carmen Melpomene para:  
Heu fata dura atque illacrymabilis  
Ordo sororum! Heroa acerbo  
Funere mors rapuisse gaudes?  
Martisq; Alumnum, fortia pectora  
Audaacter hosti qui opposuit suo,  
Munimen urbis, condidisse,  
Te juvat exigua sub urna?  
En! Laus Apollo succubuit tua:  
Lugete Musæ Varniades, decus  
Vestrum sub umbras nam sepulchri  
Abripuere inimica fata.  
Lugete cives, armipotens perit  
Heros, & assertor patrij soli:  
Hostem minacem mœnibus qui  
Consilio repulit subinde,  
Nomen quod artes, bellicus & labor  
Quæsiuit, altum scandet ad æthera;  
Præclara facta ætas nepotum  
Posthuma carminibus sonabit.  
Exsanguis corpus Terra tibi rape;  
Crescent honores post tumulum tamen,  
Vitabit & flammam rogalem  
Fama virtum volitans per ora.

Reinholdus Keitner.

**F**Unde modos belli querulos veneranda corona,  
 Cedat & in luctum, lati quod nomine gaudet.  
 In promptu causa est; obiit fortissimus Heros,  
 Cui genus à proavis ingens, clarumq; paterna  
 Nomen erat virtutis, & ipse acerrimus armis.  
 En jacet ille tuae baculus, columenq; senectæ,  
 Quo tunc sustentandus eras, ubi viribus ager,  
 (Alloquor imprimis te nunc urbs inchoa Varni,)  
 Prospice militia jam quis moderetur habenas?  
 Quis possit fasces aequali laude tenere?  
 Annon tanta viri virtus, & libera morte  
 Debit, & nullis obnoxia casibus esse?  
 Sed neque vii animi, nec corporis ulla tueri  
 Quenquam seva potest adversum spicula mortis.

Georgius Langelovius,  
 Chilonienfis.

~~~~~

**F**esta Pimpleæ removete palme  
 Signa, pro lauru revocata taxus  
 Esto, Cyrrhaeos apices obumbret.

Mœsta Cupressus.

Alta nam quondam tumuli sub umbra,  
 Conditur Virtus Ducis, & potentem  
 Dexteram bello tenuis sepulchri

Detinet orbis.

Ne tamen famæ noceat vetustas,  
 Quicquid arcano cohibetis antro,  
 Quod nefas vanum tetigisse vulgus,

Promite Musæ.

Orphæum, quod si queat ipse solus  
 Orphæus dignè memorare, reddat  
 Hebrus os mersum, revomat trahentes

Marmora nervos.

Magne

Magne Vir, late memoranda cuius  
Fama per vasti viget orbis oras,  
Qua diem fundit jubar, occidentsq;  
Lumina condit.

Assequi laudum cuperem tuarum,  
Culmen, & coelum peterem volatu,  
Candidis si non nebulas vererer,  
Spargere stellis.

Namque thesauris & honore major,  
Te mori virtus vetat, inclutæq;  
Indoles mentis celebrata servat.  
Nomina cedro.

Jam quid excelsum magis aut decorum,  
Militi, quàm quòd generoso amore,  
Arma Mavortis colat, & togatæ  
Palladis artes?

Quippe mortales labor hic ad astra,  
Tollit, Heroum sobolem verendam,  
Inferit catù superùm, nigroq;  
Surripit orco.

Quà die primùm tibi contigerunt  
Fræna dilecti moderanda Varni,  
Alma pax cives oculo beatos  
Vidit amico.

Sic fides, & pax, & amor, pudorq;  
Castus, & neglecta redire virtus  
Ausa, respexitq; beata largo

Copia cornu,  
Urbis hinc certus Pater atque Rector,  
Creditam puppim statione tuta,  
Duxeras, quanquam hinc Boreas, fremensq;  
Hinc ruat Eurus.

Ergo Te, quamvis tumulo repostum,  
Laureâ insignem, bone Dux, coronâ  
Efferent Musæ, & monumenta rerum  
Summa tuarum.

Summe

Sume nunctantum decoris supremi;  
Nostra sed parvi monumenta cultus,  
Forſan hæc olim pia poſteriorum,  
Cura reſumet.

Matthias Burchardi Chilonienſis  
Hofſatus.

**F**erali tua nos ornare ita funera verſu  
Parca jubet, decus Heroum, ô ſi ſerior atas  
TE Marti, & Muſis, hæc conſervaffet in urbe:  
Et potiùs vivo letos licuiſſet honores,  
Quàm maſtos nunc ad gelidos tranſmittere manes!  
Trifte miniſterium! vos magni nominis umbræ  
Conſulitote boni, Tanti cur Hectoris offa,  
Una tegit tellus? fas, quâ Matuta relictis  
Se prodit tenebris, & feſſo lumine Phœbus  
Diſcedit, cinerum partem ſervarier unam;  
Vel tumulum viridi ſaltem de ceſpite inanem  
Sacrarî, & falſum poni undique carmine nomen:  
Annus ut quoties ex ædis menſibus orbis  
Completur, libent cineri, & ſolennia vota  
Solventes habeant hanc lucem ſemper acerbam,  
Semper honoratam ſeri per regna nepotes.  
Inter Semideos, & fortia corpora bello,  
Roma que condant ſublimis mœnia, poni  
Dignus eras medius, factorum jure tuorum.  
Pro tumulo poteras ſeptem Tibi ſumere montes;  
Sed placuit roſæ, Muſarum cultibus, urbi  
Famoſa, cinerum, Muſarum candide amator,  
Nobile depoſitum committere, mœnia, que Tu  
Conſi-

*Consilio ac armis hostili à vulnere tua,  
Servasti, in quorum speculis TE Cynthia saepe  
Pervigilem vidit, jam TE tuaq; ossa recondunt.*

Staius C. ūgerus,  
Hollatus.

~~~~~

QUERELA UXORIS:

**S**iccine concordi semper mors invida lecto,  
Te quoque surripuit mihi, dilectissime Coniunx?  
Nil tibi Majorum Pietas, nil mascula Virtus  
Profuit? aut doctas semper coluisse Camœnas?  
Tot validos hostes stravisti Marte secundo,  
Cur neq; nunc unam potuisti vincere mortem?  
O mortem infestam! num quid mors esse nequibas,  
Hæc quoque sævitæ nisi nunc documenta dedisses?  
Hæc superûm invidia est? placet hoc crudelibus astris?


RESPONSIO DEFUNCTI:

**P**arce meos Coniunx lachrymis renovare dolores,  
Dira manent omnes nullo discrimine Fata,  
Nil hic Nobilitas, æquataq; gloria cœlo  
Prodest, aut pollens animi prudentis acumen;  
Occidit & sævus Trojæ populator Achilles,  
Ajacem servant Rhœtæi littora Ponti,  
Exuvias ingens magni tulit Herculis Oeta.  
At verò Heroum vivit post funera virtus.  
Quid gemis ergò tuum? vivit jam duplicè vitâ,  
Spiritu apud Divos, super orbem laudis honore.

Thomas Clage  
Chilon, Hollat.


C

SPAT-



**S**pargite humum Myrei folijs, & fronde Cupressi,  
 Cives, ROSTOCHII languida facta ROSA est.  
 Et tamulum HEROI facite, & superaddite carmen:  
 Hic ROSA ROSTOCHII pulchra sepulca jacet.


Fridericus Augustus Radiginus  
 Slesvicensis.



**C**edamus fato, est & in ipsa morte superstes  
 Magnanimùm HEROUM princeps, & Apollinis  
 auctor.

Natio nulla premet malegrata nube silenti  
 LOHAUSEN magni magnum & memorabile nomen.

Nicolaus Æmilius Radiginus,  
 Slesvicensis.



**O**ccidit heu! nimium subito præstantibus ausis,  
 Ac meritis HEROS, vestra Tutela Minerva,  
 Præsidiumq; ingens urbis, si fata tulissent,  
 Occidit, hinc Varnus lachrymarum flumine crescit  
 Attonitus, multumq; fremens, restante dolorem  
 Murmure, & intortò resoluti voracis alveo.

Thomas Classen  
 Cl. H. H. H.

132

*At frustra: nullo Parens exorabilis ore,  
Sic voluit caelum, sic sidera celsa regere,  
Sidera fatorum tabula, bene conscia Divum  
Sidera decreti: duro nec marmore claudi,  
Quos ardens sublimem evexit ad aethera virtus,  
Credamus, gelidum teneat licet ossa sepulchrum,  
Fama VIRI aeternum solvi metuentibus alis  
Perpetuum peragit carnis immortua seclum.*

Jacobus Fabricius:



**Q**ui quondam fortis, qui strenuus, impiger HEROS,  
Hic jacet, hic moritur, hic sepelitur humo.  
Ergo disce mori, qui fortis, strenuus HEROS,  
Quisquis, qui mundi es incola, disce mori.

Conscripsum a

Matthæo Mollero.







1700

Grundtike

13.00 14.00

Grundtack

13.00

Grundtack







